Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

etiā cogita · in tua p̄nitiē uersaris et nescis. Tu enī regnū
nullatenus habuisses · nisi abisto puero qui nunc natus est
accepisses. Puer iste qui nunc amagis rex dicitur iudeorū ·
id ē creator · et dn̄s ē angelorū. Qua ppt̄ cuius times infan
tia nascentis · magis timere debes omnipotentia iudicantis.
Noli ergo eū timere regni tui successorē · sed time infideli
tatis tuę iustissimū damnatorē. Utinā eum magis adoranti
bus etiā tu part̄ adorares · et non ad eū magos fraudulen
ta callidtate mandares. Ite inquit interrogate diligent̄
de puero · et cū inueneritis renuntiate mihi · ut ego ueni
ens adorē eū. O callidtas ficta · o credulitas impia · o nequi
tia fraudulenta. Si adorare istū puerū certissime dispone
bas · quare p illo multos pueros occidebas. Sanguis innocen
tū quē credelit̄ effudisti · attestatur qd de hoc puero uo
luisti. Et tam̄ non solū istū puerū non inuenisti · sed nec il
lis pueris aliqd nociuisti · immo in tuis qd illis p deerat hoc
egisti. Per seuitia quippe tua facti sunt martires · q̄ p in
fantia sua fuerunt innocentes · quando p grām huius pu
eri p eo meruerunt mori · prius quā eū possent corā homi
nibus confiteri. Iste itaq; puer qui mundū creauit · qui
mundū regit · qui omnia quecumq; uult facit · qui cunc
ta mirabili atq; insuprabili diuinitate disponit · hoc
ordinauit · hoc egit · ut p tua inuidia furiosa · illi puer
morte suscēperent p̄ciosa. Et quod eis ad salute tua p̄sta
re non posses amicus · hoc ad damnatione tua faceres in
micus. Ad hoc ergo te p misit infantes occidere · ut illos
de te faceret triumphare. Te ergo p misit ad nequitiam ·

hoc egit